



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

XX. De celebratione Capitulorum Provinciarum Lusitaniæ Fratrum Min. de
Observan. & Tertiī Ordin.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

De Missis
in posterum
celebrandis
in Capella
dictæ Domus.

statuimus, & ordinamus. Verum quia experientia comperitur habetur omnes Missas tam perpetuas, quam manuales, qua ad Altare Capella hujusmodi celebrari petuntur, ad illud celebrari non posse, ut in futurum Missa hujusmodi ad Altare sub titulo Sanctissimæ Annunciationis dictæ Capellæ annexum celebrari possint, ac illis, pro quibus celebratæ fuerint, suffragantur, & piorum Largitorum menti, & voluntati satisfactum sit, perinde ac ad primum dictum Altare celebratae fuissent, concedimus pariter, & indulgemus.

Clausule.

§. 1. Decernentes eisdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respetive inviolabiliter observari: sive in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatae Cardinales etiam de latere Legatos, & altos quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & fundatores, sublata eis, & eorum cui libet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus quorumcumque Testatorum, & piorum Largitorum etiam ultimis voluntatibus, quas quadam premissa sufficienter, & expresse commutamus, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus fit, dictæ Sacrae Domus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robortis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariai quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die XXVIII. Septembris MDCCI. Pontificatus nostri anno Primo.

XX.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de celebratione Capitulorum, & Congregationum Provinciarum Lusitanæ, & Algarbiæ FF. Min. de Observ. & Tertiæ Ord. S. Francisci.

Inn. XII. Conf. ed. 1700., Jul. 10. P. 9. agitur de alternativa in Provincia Insularum Azoram sub Regno Portugallie. Et hujus Pontificis Conf. ed. 1717. Jul. 8. P. 17. de divisione, & erectione Provincia. Bened. XIII. vero Conf. ed. 1724. Orl. 3. P. 1. abrogantur privilegia personalia FF. Tertiæ Ord. in Regnis, & Dominis Portugallie.

Dat. 15. Oct.
1701. An. I.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciarum Portugallie, & Algarbiorum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, necnon alterius Provincia Tertiæ Ordinis ejusdem Sancti Francisci in Lusitania Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, &

Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposto, quod cum in Capitulis, & Congregationibus dictarum Provinciarum in Curia Regia celebrari solitis vocales ad suffragia sua Religiosi immeritis conferenda Magnatus commendationibus sèpibus adducerentur, ad abusum hujusmodi tollendum in Capitulo generali primodicti Ordinis anno 1688. celebrato Diffinitorum Generale, ad instantiam Vocalium Nationis Lusitanæ per suum Decretum præcepserat, ut in posterum dicta Capitula, & Congregationes extra Curiam præfata in Conventu a Superioribus Generalibus eligendo celebrarentur, & alias prout in dicto Decreto uberioris dicebatur contineri; Ne vero Decretum hujusmodi sub quovis prætextu violaretur, sed semper executioni mandaretur, ipsi Fratres pluximus cupiebant illud auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium confirmari. Emanavit ad eorum supplicationem ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audita relatione Patris Procuratoris Generalis dicti Ordinis, & astensis narratis, censuit, ac decrevit servandum esse Decretum Capituli Generalis editi anno 1688. Romæ 23. Septembris 1702. G. Cardinalis Carpiceus. J. N. Paraccianus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut etiam dilectus filius Verissimus a Conceptione Frater expresse professus, & Procurator dictæ Provincia Portugallie Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Verissimum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter per rectis inclinati, Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica tenore praesentum confirmamus, & approbamus, illique Apostolica firmatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes eisdem praesentes Literas semper firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari; sive in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus fit Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robortis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariai quibuscumque.

Datum

Ad declinanda mala definitum fuit a Capitulo Generale, 1688, ut Capitula, & Congregationes d. Provinciarum celebrentur extra Curiam Regiam.

Decretum d. Congr., quo confirmatum fuit statutum prædicti Capituli Gen.

Preces Frat. Provinciarum.

Confirmatio relati Decreti Congreg.

Clausule.

ANNO
1701.

CLEMENS UNDECIMUS.

369 ANNO
1701.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Octobris MDCCI. Pontificatus nostri anno Primo.

XXI.

Confirmatur Decretum Magistri Gen. Ordinis Prædicatorum confirmans abdicationem gradum, & privilegiorum personalium factam a Congreg. Observantia B. Jacobi Venetiarum.

Inn. XI. Conf. ed. 1683; Apr. 7. declaratum fuit non esse admittendam cessionem loci factam a Fratribus Galilis frict. Obser. Et hujus Pont. Conf. ed. 1702. Feb. 8. P. 2. agitur de receptione Religio-
rum ad Congregationem Venetam.

Dat. 21. Oct.
1701. An. 1.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Ab hujus modi Religiosis nun-
cium remis-
sum fuit gra-
dibus omni-
bus, & pri-
vilegiis per-
sonalibus.

Decretum
Magistri Ge-
ner. quo con-
firmatur ab-
datio præd.
omnium.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarius Generalis, & Frates Congregationis Observantia Beati Jacobi Venetiarum Ordinis Prædicatorum, quod ipsi ad regularem disciplinam in dicta eorum Congregatione promovendum, & sublati omnibus obstaculis perpetuis stabilendam omnibus gradibus, præcedentiis, & privilegiis personalibus, quorum usus in eam introductus reperiebatur, sponte renunciarunt, ad hoc ut Religiosi omni ambitiosa emulazione, & temporalis retributionis expectatione remotis, literarum studiis, & verbi Dei predicatione, gloriam Dei, & spiritualem Christifidelium utilitatem sibi tantum proponentes vident, ad imitationem, & exemplum Provinciae Toletanae, ac Congregationum Sanctæ Sabinae, & Sancti Marci ejusdem Ordinis, ac dilectus etiam filius Antoninus Cloche Magister Generalis dicti Ordinis renunciationem, & abdicationem hujusmodi acceperavit, & nonnulla statuit circa honorem, titulos, præminentias, exemptiones, & privilegia in praefata Congregatione nulli in posterum competitura, & omnimodam inter omnes æquilitatem servandam, & alias prout ulterius continetur in ipsis Antonini Magistri Generalis Decreto desuper edito tenoris, qui sequitur videlicet. Nos Frater Antoninus Cloche Sacrae Theologiae Professor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & Servus. Exigit Officii nostri ratio, ut in vota Patrum Provinciarum, & Congregationum aliquando descendamus, earumque precibus inclinemur. Quare cum Reverendus Admodum Pater Vicarius Generalis caterisque RR. PP. Congregationis nostra Beati Jacobi Venetiarum libello supplici Nobis expulerint, se vehementer optare gradibus omnibus, seu Magistri, seu Baccalaurei, seu Prædicatoris Generalis eorumque titulus, Juribus caterisque omnibus præminentias renunciare a Constitutionibus nostris concessis, eorum petitionibus paterna providentia annuentes tenore præsentium, nostrisque auctoritate Officii acceptamus R. A. P. Vicarii Generalis aliorumque Patrum spontaneam abdicationem gradum omnium ab iis factam, statuimusque in posterum, quod nulli in ea Congregatione assumentur, & admittantur tituli Theologiae Magistri, Regentis, Baccalaurei, Magistri studentium, Prædicatoris Generalis, quod nulla futura sit unquam quomodocumque præminentia, sed omnes, & singuli post Superiora sua loca sumant, ordinem juxta professionis antiquitatem, ubique teneant, nullum titulum usurpent, nisi dumtaxat Officii, quod actualiter exercent, quo Officio expletio nullum nisi, qui simplici Religioso convenient titulum habeant, nullum etiam privilegium mittendi, vel recipiendi, vel legendi literas habeant, nisi accepta a Superiori li-

centia, nullam excusationem habeant a sequula Chori, aut ab onere hebdomadarii, sed omnimoda æqualitas, ac uniformitas observetur ab omnibus, & quoad omnia, inter eosque sola in Religione professionis antiquitas distinguitur, ceteris aliis omnibus omisis. Datum Romæ in Conventu nostro Sanctæ Mariae super Minervam die 8. Aprilis 1701. -- Frater Antoninus Cloche Magister Ordinis - Registrat, fol. 50. -- Frater Aloysius de Baratell Magister, & Socius.

S. 1. Cum autem, sicut eadem expeditio subjungebat, dicti Exponentes Decretum hujusmodi, quo firmius sublistat, & servetur exactius Apostolica Confirmationis nostra patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alilique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati, de Venerabil. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dælectorum Romanæ Curæ Prælatorum super disciplina regulari specialiter deputatorum consilio, Decretum præsertum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris, & facti defecitus, si qui deliquerit quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium, & Prælatorum.

S. 2. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia inviolabilitate observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causularum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irrisum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis præfatorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Octob. MDCCI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmatur Constitutio Urb. VIII. super indigeniti Locorum Sacrorum Terræ Sanctæ.

Constitutio Urb. VIII. ed. fuit 1634. Feb. 3., Et ultimo confirmata ab Inn. XII. Conf. ed. 1696. Feb. 24. P. 5. Postea vero ab Inn. XIII. Conf. ed. 1721. Nov. 21. P. 1.

Præces FF.
d. Congrega-
tions.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clauſulæ.

XXII.

CLE